

## Franckesche Stiftungen zu Halle

### Historia Reformationis Ex B. D. Martini Lutheri Aliorumque fide dignorum scriptorum monumentis eruta ac digesta

Majus, Johann Heinrich

Francofvrti ad Moenvm, MDCCX.

VD18 11197102

Ad Locum II. De Deo Uno Et Trino.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-211445)

non modo ab omnibus Christianis imbibatur à teneris, ediscaturque ad verbum; sed & quæ assidua & perpetua meditatione, ceu ruminata & concocta, haud aliter atque probe digestus cibus in intima animi viscera trajiciatur. Tam dives autem hæc epistola est spiritualium opum thesaurus, & ceu opulentissimum quoddam copiarum cornu, ut millies perlegenti semper occurrat novum aliquid: adeo ut hæc lectio longe omnium utilissima, quod in eruditione rerum sacrarum, cognitione Christi, discenda natura fidei, omnium spiritualium affectuum vi cognoscenda, altius provehat, subinde inter manus crescat, semperque major, jucundior, pretiosior, opulentior seipsa fiat.

*Prefat. in Epist. ad Roman.*

---

## AD LOCUM II.

De

## DEO UNO ET TRINO.

Ad pag. 132. fin. §. III.

**P**hilosophi disputant & quærunt *speculative* de Deo, & perveniunt ad qualemcunque notitiam, sicut *Plato* intuetur & agnoscit gubernationem divinam; sed *omnia sunt objectiva tantum*, nondum est cognitio illa, quam habet *Joseph*, quod curet, quod exaudiat, quod opituletur afflictis: hoc non potest statuere *Plato*, manet in *cogitatione Metaphysica*, wie ein Ruh ein neu Thor ansieht. Sed illa demum vera cognitio est, qua agnoscimus Deum volentem, sapientem, potentem auxiliari & misereri.

*Enarrat. in Genes. XLV.*

Ad pag. 151. lin. 2.

Ex descriptione hac Dei, quod sit æternus & omnipotens, immensus & infinitus, sequitur utrumque, quod & *favor* ejus super



super timentes eum sit *infinitus*; & quod *furor* ejus super securos etiam sit *infinitus* & immensus. Nam effectus semper sequitur magnitudinem causæ efficientis.

Tom. IV. Jen. Lat. fol. 526. a.

Ad pag. 155. fin. §. XXIII.

Ad Psal. XC. 2. observat hanc esse veram descriptionem Dei (*priusquam montes nascerentur &c. es tu Deus ab æterno usque in æternum*) qua Moyses separat verum DEUM à Diis gentium, de quibus non potest dici, quod fuerint ab æterno, & in æternum maneat, q. d. Non adoramus novum aut vulgare Deum, non lignum, non aurum, sed eum, qui fuit ante mundum, qui est æternus & verus &c. Deinde hoc quoque significat, quod talis sit Deus, qui nullius creaturæ sit indigus, sed simpliciter in se sit beatus, siquidem est antequam creatur terra & mundus. Hanc majestatem, tam brevibus verbis comprehensam, nemo potest explicare. Complectitur enim, si quis evolvat, omnes proprietates Divinitatis, quæ possunt colligi. Quia enim æternus, sequitur esse immortalem, omnipotentem, beatum, sapientem, qui nihil à quoquam accepit, sicut Scriptura dicit, non est, qui prior ei aliquid dederit, solus sibi sufficit &c.

Tom. IV. Jen. Lat. fol. 525. a, b.

Ad pag. 157. lin. 4. post *videatur*.

Spiritus S. non revocat suos motus, nec est, ut inquit Malachias III 6. qui mutetur. *Ego enim Dominus, & non mutor*, & Numer. XXIII. *non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur*.

Enarrat. in Genes. XXVII.

Ad pag. 180. in fin. §. XL.

Ita Genes. XLVIII. 16. diligenter observandum est, quod Jacob loquitur de Christo Filio, qui solus est Angelus, seu missus, natus homo in tempore, non Pater, non Spiritus S. Diserte enim discernit tres personas, & tamen addit: *Benedicat pueris istis*.



Idem benedicere clare tribuit soli Deo. Non dicit benedicant, pluraliter, nec repetit, sed conjungit in uno opere benedicendi tres personas, Deum Patrem, Deum pastorem, & Angelum. Sunt igitur *hi tres unus Deus & unus benedictor*. Idem opus facit Angelus, quod pastor & Deus Patrum.

Ita hunc articulum Trinitatis probe cognitum habuerunt Patres, quem nos hodie docemus. Et Jacob in eadem & perfectissima fide & verbo incedit super omnes Caelos. *Non ego*, inquit, *sed Deus* per os meum benedicit pueris istis, Deus Patrum, Deus pastor & Angelus, ille trinus & unus benedixit; intellexit igitur Jacob, quod filius incarnandus & mittendus sit in mundum, quod sit crucifigendus, & resuscitandus, etsi non clare hæc pronunciat, sicut hodie docetur, tamen satis significanter dicit, & alii quoque, qui crediderunt hunc articulum *non obscure intellexerunt*.

*Edit. in fol. 639. b. in 8vo. pag. 490.*

Ad pag. 188. lin. 3.

Pro Tom. I. lege *Tom. II.* & conf. *Seckendorff*. Comment. de Lutheran. L. I. Sect. 45. §. CI. addit. p. 165. a. 166. b. ubi *Bellarminum* post alios refutat, captantem vocabulum *homousion*, & novissimum P. Jurii antagonistem, *Richardum Abbatem*, veterem calumniam recoquentem, & impudentissime scribentem: *audetne* *Jurius negare*, quod *Lutherus* dixerit, *animam suam odisse vocem homousion*?

Ad pag. 213. fin. §. LXV.

Mirabilis est vita Sanctorum, mirabilis quoque oratio. Sicut hic Angelum vocat eodem modo, quo supra post luctam dixit: vidi Dominum facie ad faciem. Nam hic Angelus Dominus ille, sive filius Dei est, quem vidit Jacob, & qui mittendus erat à Deo in mundum, ut annuntiaret nobis liberationem à morte, remissionem peccatorum, & regnum coelorum. Et hic Angelus noster Goel, seu vindex est, qui iustissimo jure nos adferit, & vindi-

vindi-